

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis

Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1765

LXXXVII.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

LXXXVII. B)

EGINO SENIOR COMES DE URACH CONFIRMAT
DONATIONEM CURTIS ET MOLENDINI, ABBATIAE
TENNEBACENSI FACTAM.

A N N O M C C X X.

Ex autographo Tennebacensi.

In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Ego *Egino senior comes de Urah.* omnibus tam presentibus quam futuris geste rei noticiam. Cum sciamus omnipotentis Dei prouidentia celestia simul & terrena moderari. & nihil sub sole aliquatenus posse subsistere, nisi diligenti cura ipsius gubernetur, idcirco nos Beneficiorum ipsius nisi inmemores nec ingrati & si condigne non possumus, ei tamen pro posse respondere parati sumus. Sciant ergo uniuersi generaliter & dilecti ciues dilecte ciuitatis nostre *Friburg* specialiter, quod cum Chuonradus bone recordationis qui dicebatur Groze, & uxor ipsius Hiltrudis divina inspiratione inducti curtim suam & molendinum quoddam extrà muros ciuitatis cum omnibus pertinentiis suis, id est agris, pratis, vineis cultis & incultis, Domuj de *Tennibach* in presentia ciuium multorum quorum nomina subscripta sunt, pro salute animarum suarum liberè & absolutè secundum libertatem quâ eadem ciuitas ab illustribus *Ducibus Zaringie-Progenitoribus uxoris mee Domine Agnetis Comitisse,* cuius ego jure matrimonialis consortij

confortij aduocatus exiſto, ab antiquo fundata eſſe dinoscitur, contulerint, nos quoque eandem donationem ratam & gratam habemus. Preterea cujusdam aque deductionem, per cujus Beneficium agri predictæ curtis irrigantur, cujus aque uſum idem C. de manu Ducis Bertholdi feodalitèr habebat. cujus etiam aque proprietas hereditario jure, mediante jam dicta conjuge mea ad nos etiam deuoluta. quam comes Eginus filius noster ad laudem & gloriam, & honorem glorioſe Deſignatrici ſemperque uirginis Marie Domino Abbati Chuonrado & Monasterio ſupra dicto Ze rechtem herbelehen conceſſit in perpetuum poſſidendam. pro ſolido Briſgaudiensium annuatim exinde perſoluendo. nos quoque eadem ratione induciti pro ſalute anime noſtre conceſſionem uſus eiſdem aque à filio noſtro factam approbamus. & jam dicto cenobio confirmamus. ut autem hec donatio & conceſſio firma perſeueret & ſtabilis permaneat. hanc preſentem paginam ſigilli noſtrj appenſione roboramus. Acta ſunt hec anno Incarnationis Domini. M. CC. XX. VI. id. Auguſti Indiſtione VIII. Teſtes hujus rei ſunt Dominus Eberhardus Abbas de Salem. Bertholdus minor filius meus. Henricus cellerarius de Tennibach. Cotfridus Marſchalcus, & frater ipſius Wernherus de Stouphen, Chonradus Sneuwelinus Scultetus. Hugo de Touſelingen. Albertus Chohzo. Johannes Monetarius. Fridericus Beiſcharius, & fratres ejus. Reinboto de Offemanningen, & Albertus de Crozcingen & fratres ſui. Henricus Vazzare. Albertus de Arra. Henricus Locheli, & alii quam plures.